p Ioue͂:uariisq; pharmacis:&astu ĩdiget:id q͂d re iꝑa mul tis expimẽtis pcipi poteſt:uerbi cã qñ alter caſu occurrerit alteri:ſępe.n.amicus amico factus obuiã, uerbũ nullũ au dit:aut dicit:ſed ꝓſpicit ſolũ:& leui aliquo nutu:uel riſu amorẽ:beniuolentiãq;/q̃ ĩtus habet/ante oculos cũ poſue rit/ptrãſit. At adulator currit:inſeqtur lõgiſſime :porrigit dexterã:& ſi prior ſalutator fuerit iureiurãdo:teſtib⁹ q; ſę pe adhibitis ſeſe q; nõ pri⁹ animaduerterit excuſabit. Mul ta etiã q̃ parua ſunt:amici ſolẽt ĩ actionib⁹ ꝑtermittere ut pote cũ ad oĩa obeũda nõ ſint curioſi:neq; ad certũ ordi nẽ ea redigãt:neq; ad omne miniſteriũ ſe ipſos ex hibeãt. Adulator uero ĩ his cõtinuus:perẽnis:ĩfatigabilis nulli al teri ĩ miniſtrãdo cõcedit locũ:ſ; cupidũ ſeſe oſtẽdit:ut ei agẽdũ negociũ imponat̃:q͂d ſi caſu fcũ; nõ fuerit morde tur aĩo:& dolore tabeſcẽs cõficit̃. Hęc igr̃ prudẽtib⁹ ꝑſer tim neq; ſolide:neq; moderate:ſ; ꝓſtitute &ſupra q̃ opor teat ſeſe ĩplicantis amicitię argumẽta eſſe poterunt. In pol licitationib⁹ ẽt quãtũ iter ſe diſtẽt/ꝑcipue maximeq; aĩad uertere oportet. bene.n.a maiorib⁹ nr̃is dcũ; accepimus in Homerico uerſu amici oblatũ hoc eſſe. q͂d ſeq̃t adula toris.

Si pręſtare tibi potero:nec fata repugnent
Fare age q͂d cupias:nam & comici tales in ſcęna ꝓducũt.
Me o Nicomache inquit ille militi opponite.
Equidem totum uerberibus maturum reddam.
Spongiaq; mollior ſaxo illi facies ſiet: Pręterea nullũ uidem⁹ amicũ:q ſeſe miniſtꝝ exhibeat:niſi ea ĩ re cõſiliũ dederit pri⁹:q̃ cũ matur̃ cõſtituta fuerat:ita ut q͂d decet cũ utili cõueniat ad miniſtrãdũ accinget̃/adulator uero etiã

si considerandam deliberandamq rem in mediũ: aliqs proposuerit nõ solũ cedendi gratificandiq cupidus: ueꝝ etiam de se ipso suspitionẽ prębere ueretur/tanq̃ scilicet/ in ea perficienda laborem subterfugere uideatur negligẽ tiorq sit: quã primũ cedit: ac hoĩes ut cupiditati satisfaciat impellit. nullus. n. diues aut rex illud facile dicere poterit.

εμοὶ παρειη πτωχὸσ εἰ δὲ βούλεται πτωχοῦ κακίων

ὅστις ὤνευνόυσ ἐμοὶ, φόβον παρελθόντ᾽ ἀπὸ καρδίασ ἐρεῖ

Amicus ut sit pauper oraui deos
Peiorq multum si uelint uel paupere.
Dum mente recta nos amauerint tamen.
Pulso & timore: ex corde consulat mihi

Sed tãq̃ trągedi amicoꝝ cõcinẽtiũ choro uł theatro simul plaudẽte idigẽt: quo circa Merope illa tragica nos admonet.

φίλουσ δὲ τοὺσ μὲν μὴ χαλῶντασ ἐν λόγοισ

κέκτησο, τοὺσ δὲ πρὸσ χάριν σὺν ἡδονῇ

τῇ σῇ πονηροὺς, κλεῖθρον εἰργέτω στέγησ

Tuis nequaquam uerbis cedentes habe
Tecum sodales/quos amor nectit pius.
At blandientes ut uoluptati sient
Hos uel tacentes esse putabis malos:
Tectoq pulsos arceat claustrum domus.

Isti autẽ contra: eos. n. qui dum fabulantur nõ cedũt nec assentiuntur/si pro eorum cõmodo condixerint procul ablegant. At scelestos & ĩ gratificãdo deceptores nõ intra tacitũ & claustra solum ueꝝ etiã intra proprios affectus secretioresq actiones admittunt. Ex his aũt qui recipiuntur/siquis simpliciter fuerit sese haud dignũ existimat: q

ad cōsiliū magnis de rebus euocetur/neq; oportere iudicat/sed ad operam ministeriumq; se comparat. At callidior alter ita præparatus est tanq̄ ea de re:quæ in deliberatione uenit simul dubitaturus sit:& supercilia cōtrahens fronte quidē annuit:nihil aūt omnino loquit̄. Sed quā primū amicus quod sentit in mediū pposuerit. me Hercules ait modico interuallo præuenisti me:siquidem ego quoq; idem erā dicturus. Vt.n.superficiē lineāq; nec flecti:nec moueri:nec produci per se ipsas Mathematici affirmant:quoniā incorporeę intelligibilesq; sint. Moto autē aliquā in partem corpore cuius extrema sunt:simul flecti; produci:ac transferri docent/sic adulatorem etiā eodem affectu præditū simul affirmare:simul negare:ac per Iouē simul irascentem quoq; deprǽhendes. Adeo ut in huiusmodi:quantū ab amico distet:facile percipi ualeat:maxime:autē:ac pręcipue:in modo ministerii deprǽhenditur: gratia etenim dū ab amico proficiscitur tanq̄ res animata propriā uim potentiāq; in profundo retinet:nihilq; in ea iactabundum populareq; inest. Sed ut medicus sæpe ęgrotū curando latuit:ita & amicus loquendo conciliandoq; nesciētis omnino curā iuuat:talis Arcesilaus in multis aliis sed pręcipue erga Appellē chium:cuius paupertatē ęgrū uisendo cum perspexisset uiginti drachmas secum deferens rediit iterū/utq; prope assedit nihil aliud pēitus q̄ Empedoclis uersiculum pronunciauit Aetheris:ignis/ aquę sublimis:grataq; sedes. Sed tu etiā incōmode iaces inquit:simulq; cū dicto puluinum excussit:pecuniamq; clam supposuit:quam postea q̄ Anus quæ ministrabat

nō ſine admiration e rep eriſſet/Appelli nūciauit/ille uero arridēs hoc inquit furtū cōmiſſit Arceſilaus/& Nimirū ſui ſimiles filios ꝓducit philoſophia/Lacides.n. Arceſilai amicus atq; ſectator dū publici iudicii cauſam diceret/Cephiſocrates cū aliis aſſiſtebat. Accuſator aūt ānulū exhiberi petente/ille eū ſtatim clā & ſine ſtrepitu cadere ꝑmiſit: qđ cū aīaduertiſſe Lacydes pede cōculcatū opuit:ī eo &.n. ānulo redarguēdo tota cā nitebať. poſt negatiōem igř cā dicta cū Cephiſocrates iudicib⁹ dexterā porrigeret/gřaſq; ageret qdā ex circūſtātib⁹ q rē ut geſta erat pſpexerat/Lacydi ut haberet gřas iniūxit/&oīa q̄ Lacydes fecerat enarrauit. ipſe.n.cū nemine cōmūicauerat:ſic & deos ipſos ſępe latet & clā pleriſq; bene facere:eoꝝ ſiquidē ea natura eſt ut gratificari humāo generi beneficiiſq; afficere pręcipue gaudeāt:aſſentatoris uero miniſteriū & opa nihil inˡſe iuſtū/nihil ſinceꝝ/nihil ingenuū/nihil ſimplex cōtinet: ſed clamore/ſudore/diſcurſu/frōtis contractionē:apparentiā laborioſi fucatiq; negocii pre ſe fer tm̄:& tāq̄ pictura affectata quędā luxurioſis coloribus:anguliſq; prominētibus inumbrata:imagine claritatis falſa perſtringit oculos. Eſt etiā in enarrando moroſus atq; moleſtus:q̇.ſ.ꝓ amico curas ſuſcępetit:q̇ ultro citroq; errādo labores ꝑpeſſ⁹ ſit maximos:q̇ pleraſq; cōtra ſe inimicitias cōcitauerit : & mille huiuſcemodi moleſtiarum percurrit modos. Omne qppe beneficiū/ſi exprobať ut moleſtū: īgratūq; ferri nō poteſt. At beneficia:q̄ adulatores p̄ſtāt:nō longe poſt:ſed eo quo fiūt tēporis articulo gřaꝫ amittūt:ineſt.n.ī exꝓbratiōe turpido. Amicus aūt etiā ſi neceſſaria de cauſa aliqd

cogatᷣ dicere:omni adhibita modestia rē enũciat:de se ip
so nihil oío loquitᷣ id qđ Lacedęmõii Smirnęis ꝑstitere.
Cum.n.frumenti penuria laborantibus:quod satis erat
misissent :ꝰadmirantibus illis beneficiũ:gratiasq; agenti
bus:haud magnam uobis rem pręstitimus respõderunt.
Lata.n.lege:una tm̄ die:nobis:pecoribusq; nostris pran
diũ subtraximus:& hęc collegimus:nõ solum.n.huiusce
modi gratia ingenua est:uerum etiã quibus confertur iu
cundior:quoniã eos /qui beneficiũ dederũt : nõ magno
affici detrimento existimaut:& tamen nõ solũ depræhen
ditur adulator:quoniã ĩ opera exhibenda molestus one/
rosusq; sit:nec pollicationũ facilitate eius natura percipi
tur:sed maxime in negotii honestate uel turpidine:& dũ
uoluptas cũ utilitate cõfligit cõuinci potest. Amicus.n.ut
ostẽdebat Gorgias amicũ:ut ĩ rebꝰ iustis:honestisq; assi
stat sibi precatur. At cõtra ipse ĩ his q̃:neq; honestatẽ:neq;
iusticiã ꝑse ferunt mutuã nõ exhibebit opam. Innatũ qp
pe amico est simul modeste agere nõ simul peccare: quin
potius siquis amicum ad id/qđ minime decet ꝓlabẽtẽ ui
derit/ut diuertat opã nauabit:q; si nõ ꝑsuaserit:illud Pho
cionis ad Antipatrũ pulchre quadrabit:nõ potes me in
quit ille amico & adulatore simul uti:hoc est amico &nõ
amico:simul.n.honeste agere:nõ simul errare/simul cõsu
lere/nõ simul prodere,una testimoniũ ferre/nõ una de/
cipe/una aduersã p Iouẽ ferre fortunã/nõ una esse opor
tet ac decet: Vbi.n.in re turpiter ab amico cõmissa:ne cõ
scios qdem esse licet/quonã mõ una peccare/inhonesteq;
agere cõcedatur nobis. Queãdmodũ igitur Lacedemonii

ab Antipatro pugna superati cũ postea de pace utrinq; ageret / quãcũq; uellet ipse mulctam ut irrogaret pete- bant dum tñ nihil eis turpe imponeret. Sic amicus: si forte necessitas aliqua superuenerit/ q̃ impẽsas: uel pĩculũ uł laboré exposcat prim⁹ uocari expetit ac prõpte & sine ulla penitus excusatione omniu3 esse uult particeps: ubi uero turpitudo sola uersat̃ / excusat se/ & ut ueniam rei agendę impetret rogat: contraria omnia facit adulatio: deficit. n. in laboriosis actionibus & maxime/ si quid periculi impẽdet: & si ut experiaris fidem: hominẽ forte pulsaueris/ illiberale nescio quid/ infirmumq; & instabile aliquam prętexens causam resonabit: in obscuris uero & abiectis turpibusq; ministeriis abutere / cõculca: nihil graue nihil contumeliosum putat. Vides ne Simiã domũ custodire ut Canis neq̃t: ut Equus gestare homines: terrã ut Bos arare nõ potest: contumeliam igitur presefert: & scurilitatem/ ac ludi risusq; istrumentũ sese exhibet. Ita etiã adulator dũ una orare/ una cõferre ĩ certam̃ una descẽder̃ nõ potest cũ laboriosam seriamq; omnẽ actionẽ effugiat in hiis / quę sub alarũ & lacertorũ ualle agunt̃ sine excusatione promptum sese prębstat & fidum: & est amatorię rei minister/ & in concilianda meretrice diligens & rationẽ de eo q̃ in uino potuq; expensum est purgare haud quaq̃ negligens/ ĩ apparatu cõuiuiorũ impiger/ & pollices obseruat/ & colit sic ut in affines inclęmentius se gerat / ut uxorem domo exturbet iusserit aliquis/ uehemens erit & impudens. quocirca nec in hoc hominẽ deprehendere erit difficile: quicquid. n. turpe/ quicquid inhonestũ mandare libuerit / ut

mandáti gratificetur se ipsum contẽnere paratus est. Nõ minus etiam perspici potest:si quonã modo erga alios amicos affectus sit:cõsiderauerimus:ab amici enim natu ra plurimũ distat:amico namq3 suauissimum est una cũ pluribus & amare & redamari/quottidieq3 apud amicu3 hoc agẽdo pseuerat:ut & multis amicis habũdet & a mul tis honoretur.cũ.n.amicorum cõmunia omnia/nihil tamẽ magis q̃ amicos esse oportere existimat.falsus uero ac adul terinus:quiq3 subtus ęreus est / tanq̃ is q probe nouit se in amicitia iniustũ & iniquũ esse/eamq3 a se tanq̃ numi/ sma improbatũ prostitui aperte prospicit est ille quidem natura semp inuidus/cõtra que sui similes exercet inui/ diã:nititur siquidẽ ipsos superare nugis & scurilitate. Vi/ ros aũt graues & se meliores timet ac tremit:nõ per Iouẽ Lydiũ currũ pedester insequẽs/sed ut Simonides ait auri puri cõparatione plumbũ/nec id quidẽ incorruptum ge/ stãs.cũ igitur leuis fictus atq3 deceptor sit/si uerę solidæq3 & inconcussę amicitię comparatus in trutinę examẽ de ducat nõ consistet.Sed depræhendi timens idẽ quod pi ctor quida3 qui gallos gallinaceos infeliciter pinxerat:fa cit:puero.n.suo mandauit/ut quã longissime posset ueros gallos procul a tabella deturbaret. Adulator aũt ueros ex turbat amicos/nec ut proximi sint permittit:quod si for tasse non possit assequi/palã demulcet eos/& sub hono ris prosequitur specie:& tanq̃ meliores admirari/uereriq3 fingit.clam uero calũnias seminat:& summittit:cũ aũt oc culta calũnia ulcus qs prurire facit/etiã si in pręsenti non omnino exulcerat memoriter ab audiẽtib9 custoditur:&

Mydii dictum illud celebre usu uenit:erat aūt Mydius in Alexandri adulatorū circulo tanq̄ chori princeps/ quidā sūmus & sapiēs cōtra optimates uiros istruct⁹. Solebat igr̄ hic suos mōere ut audacter pstringerēt/morderētq; calū niādo:docebat.n.eos ēt si ulcus ab eo q morsus erat sana ri posset/calūnię tn̄ cicatrix extaret.Huiuscemodi igr̄ cica tricib⁹ ul̄ rectius cācrenis cācrisq; deuorat⁹ Alexāder Cli sthenē:Parmenionē:Philotāq; pdidit.Agnonibus aūt & Bagois:Agesiis & Demetriis se ip̄m oīo cōculcādū pessū dandūq; p̄buit:cū ab eisdē stolatus tāq̄ barbaricū aliqd si mulachrū adoraret̄/adeo sermones ad gr̄am accomodari possunt apud eos p̄cipue/q sūmi maximiq; esse uidētur. Nā cū d nobis honestissima q̄q;:& existimem⁹ & uelim⁹ ppterea adulatoris audacia & temeritas cōfirmat̄:fidēq; cōciliat.loca&arces i edito sitę cū nō facile adiri possint:isi diātibus nō oīo expositę sunt:animi uero secūdis reb⁹ de prauati elatio & imoderātia ab humili abiectoq; hoīum gener̄ nullo negocio expugnatur:idcirco ut incipiētes fe cimus ita &in pręsentia monemus ne nos ipsos amenus/ adeo uehementer/omnemq; quā de nobis ipis existima tionem animo concepimus succidamus.cum .n.nosme tipsos propria : īternaq; adulatio pręoccupauerit externis deinceps adulatoribus molliores obsequentioresq; red dit: quod si obtemperantes deo nos ipsos cognoueri mus / quantoq; apud humanum genus precio dignum ęstimandum id sic dedicerimus / simulq; quomodo na ti/ęducati/institutiq; sumus cordi habuerimus semper/ cum mille boni honestiq; & errores in actionibus sermo

nibus affectibusq; & uana ac temere permixta plęraq; in-
uenerimus/profecto adulatoribus non facile illudendos 22
conculandosq; nos exhibebimus:solebat Alexander di-
cere / cum in somnum solueretur/aut rei ueneręe indul-
geret:tunc maxime his qui se deum appellarent fidē nul
lam adhibere/ut pote cum seipso inferior esset eo tempo
re ac uehementiore agitaretur affectu.nos autem si idē-
tidem cum animo nostro reputauerimus quā multa in
nobis turpia/molesta /imperfecta erroribus referta sint/
non difficile coniectari poterimus amico q laudet haud
q̄q̄ indigere/sed eo q libere audacterq; redarguat:etenim
ex multis pauci admodū sunt:q libere cōfidenterq; poti⁹
q̄ ad grām cū amicis colloq audeāt:& rursus ī paucis nō
facile īuenies/q hoc cōmode p̄stare sciāt: sunt.n.q existi-
mant si cōtumeliosi fuerint ī amicos/aut eos uitupauerīt
libertate uti/& tamen ut pharmacū importūe sumptū ita
auda intēpestiuaq; rep̄hēsio inutiliter pturbat ac dolore
afficit:idēq; cū molestia quodāmodo facit/qđ adulatio
cū uoluptate deprauanť:nāq; nō laudati solū intēpestiue
uerū ēt uitupati:& hęc p̄cipua cā ē/q̄ hoīes in p̄cipitiū trā
dit/utq; ab adulatorib⁹ ītercipi facile possint p̄pararī solet.
nā q̄si ab ęditiorib⁹ duriusq; sonātib⁹ locis ad mollia &
decliuia aquaᵹ fluētiū modo dilabūť : q̄ pp libertas hęc
& audacia moderatiōe q̄dā tēperāda necessario ē:eaq; ad-
hibēda rō:ut q; nimis ē caueať:ac tāq̄ nimia claritas/quæ
oculis nucet / ita cōtumelia de medio tollať : ne hi q mo
nenť dolore affecti & perturbati huiuscemodi homini
bus:q omnia dānant in omnibusq; succensent derelictis

ad assentatoris umbrã cũ ibi nihil doloris sentiant cõuertantur.omne siquidem uiciũ Philopappe uirtutis mediocritate nõ contrario accessu declinãdum :effugiendumq; est:nec ut male quidam existimant uerecũdia temeritate: rusticitas scurilitate cauẽda ẽ/nec rursus ut alii nõ bñ iudicãt molities aĩ/timiditasq; abiici uidet̃:siqs ad duritiã p prĩ accesserit:nõ nulli ẽt sũt q ut ineptię suspicionẽ effugiãt/astutiq; esse uideant̃:ac minime suspiciosi ĩpietatẽ in deos pręseferunt/& tanq̃ lignũ incuruum quonammodo flectatur in rectitudinẽ omnino inexpertes.Ita mores quoq; peculiari quadam insticia peruertunt. Nã sine ulla penitus utilitate si molestũ:mordacẽq; sese p̃stet aliquis/ proptereaq; existimet pcul a suspitiõ e adulationis abesse & eam quodãmodo neget:turpissimũ est : & certe rudis/ imperitusq; omnis cõsuetudinis amicę:beniuolęq; ille ẽ: qui humilis & abiecti hominis in amicitia notã ut euitet: difficultate:fastidioq;:declinet:tãq̃ is qui in comędia libertinitatẽ effugit:& accusando:castigandoq; sperat quasi pari ęqualitate uiuendi fructũ amicitiæ assequi:ut igit̃ cuʒ eam in amicitia rationẽ quæ ad gratiã & uoluptatem disponit:sectamur:in assentationis turpitudinẽ incidiamus ita etiam turpe:existimandũ est : dum adulationis suspicionẽ declinamus ob immoderatã repræhendẽdi confidentiã mutuã beniuolentiam charitatẽq; labefacturę:cauendũ itaq; necessario est:ne alterutrũ patiamur:utq; aliis in rebus omnibus:ita & in hac ex medio quod honestũ est : sumere oportet.Cõmentatio aũt hæc nostra:ut hac etiã de re disseramus quodã modo efflagitare:uidetur:qđ

cũ absoluerimus summã disputationi huic nostre imponemus manũ. Et quoniã hanc libertatẽ seu audaciã: maximis erroribus circũdari ꝑspicimus: qui eam tamq̃ diræ quædam & mali dęmones comitãtur: primũ præcipuũq; est: ut omne suspitionis genus: dũ ea utimur & pręsertim nostri amorẽ auferamus. cauendũ.n. est diligentissime ne nos ipsi peculiariter offensi: ac propterea molestia: doloreq; affecti: non libertate in consulendo uti: sed exprobrare uideamur: tunc.n. nulla beniuolentię habita ratione: sed iracundia concitatos sermonẽ in mediũ proferre existimant: nec reꝑhendere: sed succensere putãt. libere etẽim loqui grauis/amiciq; hominis officiũ est. Succensere aũt se ipsum amantis atq; abiecti. Iccirco eos: qui cõfidenter cõsulunt: admirantur homines & uerentur: at cõtra succẽsentibus irascuntur: illosq; contẽnunt: quẽadmodũ Agamẽnon Homericus Achillem dũ seruata modestia liberius loqueretur: ęquo animo non tulit. At idem Vlyxi acerbe inuehenti/exprobantiq; cedit.

ου'λόμδι' αι'ὤ' ὤφελες α'εικελίου στρατ ου α'λλου σημ'αινειν

Dux utinam ulterius gentis: populiq; fuisses
Nec graium ducibus tua dextera fortibus unq̃
Perdite signa daret.

Ac prudenti beniuolaq; oratione repræhendi æquissimo sustinut: animo: nullã.n. Vlyxes priuatã indignationẽ cũ Agamẽnone habebat: sed pro uniuersæ gręciæ salute audacter loq̄bat᷑: cũ Achilles sui ipsius cã peculiariter irascere᷑. Ipse ẽt Achilles alibi: cũ neq; remissi: neq; patiẽtis ani

mi esset sed uir grauis ē: & q insontem rep̄hēdere possit·
δεινὸς ἀνὴρ, οἷος καὶ ἀναίτιον αἰτιάασθαι
Seipsum tamē a Patroclo reprehendum: uituperandūq3 patientissime exibuit: ut.
νηλεὲς οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεύς,
οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής
Non tibi diua Thetis mater crudelis Achille
Non pater est Peleus: scopulo sed natus acuto
Ceruleoq3 mari: nam mente immitis acerba es.
Eamq3 ob causam Hyperides orator Atheniēses monere solebat: ut nō solū: an morosus asper: sed an gratis moro sus esset/aīaduerterēt. Ita ēt amici rep̄hensio: si p̄cul ab effectus proprii suspicione simplexq3 fuerit: grauis uenerādaq3 erit: & cui nō solū nō cōdicere: sed ne oculos quidē contra attollere quis audeat. Quod si quis talem sese exibear: ut aperte manifesteq3 amici in seipsum cōtumelias: & errata nihil existimet: sed fidutia decenti utatur: nec ulla omnino rei priuatę mētione facta: quæ cōtra alios cōmittit: & peccat: redarguat: & mordeat modus hic rep̄hēdendi erit inexpugnabilis: suauitate &.n. rep̄hendentis: rep̄hensionis asperitas: austeritasq3 condit: quo circa recte dictū ē: q̄ in amicorū dissentionibus & offensis: maxime circūspicere oportet: ut aliqd ex his: qđ/uel deceat: uł amicis utile sit: agat: nō minus ēt ad amici officiū p̄tinet/si cū nos ipsi ab eisdē negligi uidemur: p̄ aliis tamē neglectis: audenter loquēdo memoriā fecerimus: nulla oīo rerū nostrarū habita ratione: ut Plato eo tp̄ore: quo a Dionysio

dissidebat:suspectusq; erat:oportunū colloquēdi cū tyrā-
no petiit locū:quod Dionysius ei cōcessit:existimabat aūt
Platonē: p priuatis suis rebus loquutuꝝ sibi aliq̄ i re suc
cēseř uelle:ille uero his maxime uerbis apud eū disseruit:
si aliquē tibi inimicū in Siciliā ea opinione ac uolūtate:
ut tibi malefaceret.nauigasse intelligeres:occasionē aūt ti
bi nocēdi nullā inuenire posset:eū ne ex insula soluere:si
ne mulcta/aut pęna liberꝝ negligeres: lōge ab sum ab hac
sentētia:o Plato:Dionysins respondit:oportet.n.inimico
rū nō facta solū:ueꝝ etiā affectus uolūtatesq; psequi: &
ulcisci:si igiť Plato subiunxit:tui charitate:beniuelētiaq;
mot⁹ quispiā:huc appulerit:tibiq; cōmodo:&utilitati esse
cupiat:tuq; nullā ei occasionē pbeas:dignus ne uir talis
uidetur:quem sine cura gratiaq; negligas: Interrogan-
tiq; Dionysio:quisnam hic esset. Aeschiues inquit: egre
giis prędítus moribus & si quisq̄ alius inter amicos:secta
toresq; Socratis unus:modeste uersat⁹:q adhibita ratiōis
ac orōnis elegātia:eos quibus cū habuerit consuetudinē:
corrigere:melioresq; facere potest. Cumq; ut tecum me-
dia:sequestraq; philosophia esset: ac uersaretur: tantum
nauigauerit maris:a te negligiť.Hæc dcā Dionysiū adeo
mouerunt:ut Platonem manibus statim cōplexus:eiusq;
beniuolentiam animiq; magnitudinē iure: meritoq; ad
miratus Aeschinis cnram: bene:magnificeq; susceperit.
Adhibenda secundo loco ea diligentia est:ut risum scur
rilitate & dicteria:omneq; pterea contumelię genus tāq̄
sapores quosdā minime salubres expurgaturi:ab hac lo-
q̄ndi libtate:auferam⁹ oio:ut.n.i chyrurgo mēbra secāte

motum quẽdam concinnum:ac in re peragenda puritatẽ inesse:elucereq; oportet:saltatoriã uero tremulãq; mollitiem:& affectationẽ:ab eiusde; manibus omnino abesse: sic audacia hæc dexteritatẽ:urbanitatemq; admittit:dum modo gratia dignitati coniuncta sit. At si in reprehensione:temeritas:& stultitia:contumeliaq; inerit/omnia euertẽtur. Quo circa non incõmode nec sine gratia: Philippũ psaltes ille perstrinxit:cum.n. quedã de pulsu: & sono: quasi cũ eo certaturus dicere aggrederetur:numq̃ ait tibi tantum infortunii eueniet:O rex:ut hęc melius quã ego noueris. Epicharmus uero nõ recte/qui cum Hieron aliquos ex amicis interfecisset paucis postea diebus ab eodem ad conuiuiũ inuitatus. At pridie inquit cum amicos imolares me nõ uocasti. Male etiã Antipho: orto enim apud Dionysium sermone dũ quereret̃ quale esset optimũ genus aeris illud inquit ex quo Harmodii & Aristogitonis statuas erexereãt Athenieñses:huiuscemodi .n. cũ dolore impressus aculeus:nõ prodest: & tanq̃ puerilis q̃dam scurrilitas nõ delectat: Sed potius una cũ malignitate:contumelia:& intemperantia:inimicitiã hæc reprehensionis species:presefert:qua omnes qui usi sunt nihil contulerunt:sed ut in prouerbio est:circa puteũ saltationẽ saltãtes:se ipsos præcipitauere: Antipho.n.a Dionysio interfectus est: Timagenes quoq; Cęsaris gratiã amisit:cum tamen nunq̃ uocem emisisset liberam:sed quoniã in cõuiuiis:ac deambulationibus nulla re seria urgente:semp quicquid ridiculũ esse putaret auditoribus effutiret:accusationem.n.amici tanq̃ artificiũ contumaliæ obiciebat.

Nam & poetę comici multa seuere:ac ad rempu.pertinentia in theatris ꝓnunciabāt:sed ludicra & scurilia pleraqꝫ tāq̄ malos in cibo sapores:dū miscent:uanā :inutiléqꝫ libertatē:qua utebantur reddiderunt:adeo ut hęc scribentibus:nihil aliud q̄ malignitatis ineptię fama supersit:auditoribus uero nulla omnino ex eoꝝ uersibus utilitas prouenerit. Nō negauerim tamen sępe amicis risus:ludiqꝫ occasiones subministrādas:at repręhēsio bene morata : seriaqꝫ debet esse:& si magnis fortasse de rebus agendū fuerit:& affectu & habitu sono uocis orationē ea auctoritate:dignitateqꝫ ꝑditam esse necesse est:ut idonea sit ad mouendū. Occasio aūt ꝑtermissa:cū magna omnibus in rebus tum maxima in repręhēdendi libertate afferre solet detrimēta:quippe quæ in ea inest utilitatē corrumpit:uerbi causa in uino & ebrietate ab hoc repręhendēdi genere abstinendū esse: cuiuis liquere potest:trāquillo &.n.ętheri nubem superinducit. Siqs medio in lusu &cōuiuio sermones:q frontē necessario cōtrahāt:superciliaqꝫ erigāt ꝓtulerit:tanq̄.s.liberatori deo cingulūqꝫ infęliciū curaꝝ leuanti:ut Pindarus inquit:sese opponat. Magnū pręterea ea tempestate periculū impendet illi:qui intēpestiuus fuerit. Animi.n.hominū paruo negocio uini causa ꝑcipites ad iram feruntꝰ:ac sępe numero ebrietatē:quę comitē sibi asciuit audaciā:odiū ex amicitia peperit:& ꝑfecto:nec fortis:nec generosi animi officiū est:dū sobius est:remissum esse:circa mensam uero timidoꝝ canū more:& cōsuetudine allatrare. Quo circa de hoc toto genere longiore oratione opus esse haud quaq̄ existimo:quoniā uero plęriqꝫ

ſunt:qui amicos rebus florentes:neq; uolunt:neq; audẽt ad ordinem regulamq; deducere:ac quod fortunatum ẽ: omnino exiſtimant repræhenſioni nõ facile patere: quin potius inacceſſibileq; omnino eſſe: cum autem aduerſam experti fortunam periclitantur:aut cadunt:quaſi manſue ti:humileſq; facti ſint:aggrediuntur:& quodãmodo con culcãt:&fluminis more contra naturã obicibus retardati omnem ſimul in repræhendendo temeritatẽ emittunt: ac libentiſſime amicorum rebus mutatis : aduerſiſq; ob eorum priſtinam inſolentiam:atq; contemptum : præſen temq; calamitatem:quodãmodo fruuntur : nihil noce bit etiam de hoc loco differere. Euripidiq; reſpondere: dum ait.

ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων,

Quando ſecundis flatibus ſpirat deus
Habere amicos quid oportebit pios?

Tunc enim maxime præcipueq; his:qui curſu feruntur ſecundo:amicos habere neceſſe eſt:ut quod in bona for tuna nimium eſſe ſolet: remitti conſulant.Pauciſſimi.n. ſunt hi:apud quos & fęlicitas:& prudẽtia ſimul adſint. plurimum autem importata (ut ita loquamur) mente: intellectuq; : & ratiotinatione opus habent:quæ fortuna immodice fluctuantes:elatoſq; coerceat. At ſi deus ali quis eoſdem magnitudine ſpoliatos e faſtigio deiecerit: ſatis ipſis in rebus pœnitentiæ repræhenſionisq;. Quo circa ea tempeſtate amicorum libertate:ſermonibuſq; mor ſum:moleſtiamq; inferentibus nullo modo utendũ eſt: ſed tunc uere:commodiſſimeq; beniuoli hominis:qui &

consoletur: & animo deiectum subleuet lumine inspicere suauissimum est: quemadmodum de Clearcho Xeno phon scriptum reliquit: qui cum frontis hilaritate: confidentiaq; benignum quiddam: & mansuetum in periculis præse ferret: ipso aspectu: suos ad obeunda pericula redde re solebat alacriores: qui autem homini infęliciter agēti: loquendi temeritatem tanq̄ machinam mordendo ad mouet: non minus errare uidet᷑: q̄ si quis oculo lippitudi ne incenso: ac perturbato: purissimam super inducat lucem: nam dolorem neq; aufert: neq; mitigat: quin potius iram dolori superaddit: & male affectum: męstumq; irritat: nam & cum quis recte ualuerit: si amicorum aliquis uiuendi formulam & consuetudinem / laboresq; damnet: negligentiam quoq; & intempestinas repletiones continuaq; balnea in eo uituperet: neq; rusticus: neq; difficilis esse solet. Aegrotanti uero eadem audire difficillimum est: nec perpeti potest: siquis dum morbo affligatur dixerit: hæc tibi intemperantiæ: uel exercitii: uel ob sonationum mulierumue causa euenere. O hominem intempestiuum testamentum signo: & scamoneam: aut castoreum medicus præparat: tu uero philosopharis: & damnas: sic etiam infeliciter agentium hominum conditio: audaciam: sententiarumq; aculeos non suscipit: sed beniuolentissimi hominis auxilium exposcit. Nutrices quoq; cadentibus pueris accurrere consueuerunt: non ut cōtumelia afficiant᷑: sed ut subleuent: ut puluere / uel ceno deturpatos mundent: quod cum fecerint: dolentes etiam complectuntur: ex interuallo postea timorem incutiendo

puniunt: Demetrius Phalereus: cum patria pulsus Thebis uita & sine dignitate abiectā duceret: Cratetem obuiā casu aduenientem: haud quaquā libenter uidisse dicitur: Cynica quippe audacia: asperitatem sermonum eius suspicabatur: Crates aūt benigne hominē cōuenit: ac de exilio cōmodissime disseruit: quod .s. in eo nihil inesset mali: neq; causam subesse aliquā: ut se a rebus omnino incertis ac uiolentis liberatū esse: moleste ferret: simul etiam ut in se ipso: & in rerum bene gestarum consciētia spem poneret adhoratus est: quæ cū audisset Demetrius hilari fronte ad sequentes cōuersus: heu inquieta negocia: & actiones illas inquit nostras: quaꝝ causa talem: tantūq; uirum hactenus cognoscere non licuit. Homini: & enim ut Euripides ait: dolore affecto: beniuola amicoꝝ consolatio adhibenda est. Elato uero nimium & quodammodo insanienti: castigationes: & repręhensio conuenit: hæc quippe ingenuoꝝ hominū amicoꝝq; cōsuetudo est. Ab iecti aūt: & humiles qui felicibus adulantur & de fractura & spasmo: neruoꝝ distractiōe in corporibus humanis usu uenire ait Demosthenes: quę cum ęgritudo aliqua alia inciderit: moueri apparereq; incipiunt: eodem modo rebus mutatis insinuantur: seq; ostant: si tamen cōmemoratio aliqua eoꝝ in quibus male sibi ipsi consulens amicus errauerit: necessario facienda est: ad Homerici exempli regulam deducemus.

Non nostra de mente quidem: nam sępe monebam.

Ipse ego multa tibi referens. Q d si forte interroges quibusnam in rebus amicum esse oporteat uehementem &

quo tempore libera uti debet audacia:quando.s.uolupta te:uel contumelia:uel auaritia:aut stulta consuetudine: immodice utuntur amici:cum tempora: occasionesq; decentem reprehendendi commoditatem attulerint arripienda omnino est. Hoc modo Solonem apud Cresum fœlicitate instabili deprauatum:libere locutū accepimus cū finem expectandum esse adhortaretur sic Socrates Alcibiadem reprehendebat:adeo ut ueras ex corde ipsius intimo lachrymas exprimeret. Cyrus etiam Cyaxarem similiter admonebat:& Plato Dionem:qui ob rerum gestarum magnitudinem cum esset clarissimus: omniūq; in se ora converteret identidem a Platone monebatur:ut temeritatem:tanq̄ rei desertę contubernalem euitaret: atq; omni studio cauere niteretur. Speusippus quoq; eidem Dioni scripsit:eumq; & manuit ne ullo pacto efferetur animo: quoniam apud pueros mulierculasq;:multus de ipso sermo esset.sed operam omnē adhibere hortatus est:ut sanctitate: iustitia: legibusq; optimis exornata Sicilia: celebrem apud omnes Academiam redderet ac gloriosam. Euctus aūt & Ebleus amici sodalesq; persei:dū eius essent res secundę:semper ad gratiam loquebantur:ac nutum obseruabant:& una cum reliquis sequebantur: posteaq̄ uero cum Romanis apud Pidnam commisso pręlio uictus fugatusq; est:impetu quodāmodo in eum simul facto:acerbe insultabant:& quicquid eo in bello contemptu:uel neglectu peccauerat cōmemorando contumeliose obiciebant:quousq; doloris uehementi:airaq; percitus ambos pugione confodit. Cōmunis itaq; reprahēdendi

occasio hisce limitibus:terminisq; prescribatur: Sed quo niam sepe incidunt tempora/in quibus sui monendi an sam amicus prebet/nullo modo ab eo qui curam eius ha buerit pretermittenda : sed adripienda est:nam interroga re / narrare & aliis similia : uel uituperare : uel laudare : occasio:quedam facili or utendi hac libertate prudenti- bus esse usu com pertum est:quale illud Demarathi me- moratur/quem eo temp ore quo Philippus cum uxore filioq; dissidebat e Coryntho in Macedoniam uenisse a- iunt. Eum igitur Philippus complexus quonam modo concordes inuicem Græci essent percuntatus est:cui De marathum cum beniuolentia & familiaritate ipsi con- iunctus esset respondisse memorie proditum est:tibi cer- te Philippe peculiarius pertinet de Atheniensium Pelo- ponnensiumq; concordia esse sollicitum : cum domum tuam dissensione seditioneq; scatentem undiq; negli- gas:atq; contemnas . Recte etiam Diogenes : qui dum Philippus cũ Græcis pugnaturus proficisceretur : in eius castra peruenit:statimq; ad regem ductus cum esset : cum Diogenem non nosceret:an speculator esset interrogauit ille uanitatis:stultitiæq; tuæ uerus sũ speculator inqt Phi lippe:qui cogẽte nullo de regno:& uita quasi ad iactum aleæ una hora periclitaturus uenis:sed hæc responsio ue- hementior fortasse uideri posset. Aliud etiã reprehensio nis cum amicis commodissimum tempus est : cum deli- querint aliqua in re:eamq; ob causam : ab alienis uitupe rati: se ipsos animo deiectos esse ostenderint:quo genere prudens gratusq; amicus uituperatores repercutiendo:re

pellendoq; oportune uti poterit remotis autem arbi-
tris: amicum ipse repræhendere identidem inquiens: si
non alia de causa/saltem ne inimici adeo in uituperan-
do audaces sint: magno & non abiecto atq; humili con-
tra iniuriam animo consistendum esse monebat. quo
enim in loco aut aliquid dicere: aut hiscere poterunt. si
his propter quæ male audis omnino dimissis: ad hone-
sta rectaq; mentem adhibueris? hac enim monendi ratio
ne seruata quod molestum est: ad eum qui repræhendit
pertinet. Nonnulli etiam urbanius: qui dum de alienis
loquuntur: domesticos familiaresq; corrigunt: damnát
enim accusantq;: in alios: quæ suos perpetrare noue-
rint: ut præceptor noster Ammonius: qui cum ex sectato
ribus aliquos in uespertina disceptatione: simplici non
contentos prandio comedisse intellexisset: liberto ut fi-
lium suum flagris cęderet mandauit adiecto elogio: quo-
niam sine aceto prandere non posset. & cum dicto simul
etiam in nos conuertit oculos: ita ut cõnoxios quosq;
obiurgatio illa perstringeret. Ea etiam est adhibenda cau
tio ne multis presentibus amicum libere corrigamus: cor
diq; semper Platonis illud habeamus: cum enim Socra
tes apud argentariorum mensas dissereret: ac in quen-
dã ex familiarib⁹ uehemẽtius esset inuectus, nõne melius
erat inquit Plato hæc priuatim seorsumq; dicta fuisse?
Et Socretes: tu autem nonne melius fecisses/si me priua-
tim seorsumq; monuisses? Pythagoras etiam dum co-
ram multis adoloscentulum sectatorem asperius rep̃hen
disset ita cõmouit: ut se ip̃m strangularet: ac ab eo tp̃re pre

sente alio nominem amplius repræhendisse dicitur opor tet enim peccati repræhensionem: tanquam indicentis alicuius morbi denudationem: neq; celebrem:neq; publicam: sed omnino secretam esse: ita ut nec testes: nec spectatores congreget: neq; enim amici:sed sophistę officium est:se ipsum ut a præsentibus laudetur alienis erroribus exornare: & ut chirurgi faciunt:qui medio in theatro artificium ostentant sese exhibere:ut autem contume liam / quæ nulli orationi potest conferre omittamus: & uiciis ipsius natura contumax & temeritas diligēter con siderãda est: non enim ut Euripides ait: solus amor: dum redarguitur magis ęstuat: uerum etiam omnis affectus & ęgritudo animi/si coram multis reprændat: uel uituperetur:nō solum ruborem nō inducit: sed potius castigantem ipsum cōtemnere: ac pro nihilo habere assuefacit & docet:quocirca ut Plato senes: qui adolescē tes ad molestiam exercendam instituerent:ipsos primum adolescentes in his quæ agerent ipsi uereri oportere docebat:sic etiam siquis amicum uerecunda quadam libertate adhibita reprǽhēderit & cōsiderate / ac pedetentim ad peccantē accedat:& moneat. uicium cum rubore:ac reue rentia e loco deicit:atq; deturbat:ac ppea Homericum il lud bene dictum est.

ἄγχι σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίαθ᾽ οἱ ἄλλοι

Admouitq; caput: possent ne audite loquentem.

Quę cum ita se habeant cuiuis liquere potest:minime de cere uxore audiente uirum uel ante filiorum oculos patrem uel amica præsente amatorem: uel discipulum no-

tis amicisq; coram apreceptore repræhendendi. nam ira incensi & dolore coacti exiliunt: cum apud eos / aquibus maxime probari cupiunt / redarguuntur: & enim Clitum non tam uini causa Alexandrum ad iracūdiam prouocasse arbitror quam q multis audientibus ab eo uituperabatur. Aristomenes quoq; Ptolemęi pręceptor: quoniam presentibus legatis dormientem eum excitasset / adulatoribus qui regis causa moleste ferre simulabant / ansam calumniandi prębuit. Aiebant enim si tanto negotiorum pondere dum premeris: ac uigilas & laboras fessusq; in somnum resolutus propterea fueris / priuatim redarguere / non tot coram manus admouere debemus tibi. Ptolemeus igitur impletum ueneni calicem ad eum missit / utq; biberet mandauit. Aristophanes etiam Cleonē in comœdia repræhendit: q aduenis præsentibus ciuitatem uituperet: Athenienseśq; propterea irritet. Qua propter si aliud unq̄ hoc præcipue / & ante omnia cauere necesse est / ne ostentationis causa / & ueluti concionabundi ad repræhendendum accedamus: sed tanquam medicinam aliquam adhibituri sola eius quem moni turi sumus utilitate perspecta commoti fuisse uideamur: & certe q Tucydides scribit de se ipsis dixisse Corinthios: q scilicet tales essent: ut alios repræhendere iure: meritoq; possent: non mali iactatum: proprie: peculiariterq; his qui libere locuturi sunt inesse oportet Lysander cum magarensis quidam multa libere audacterq; pro Gręcie utilitate inter federatos loqueretur: huius inquit sermones ciuitate indigent: libertas autem repræ

hendendi inquocunq; homine auctoritatem omnino exigit. Et hoc de his qui alios monendi castigandiq; officium uendicant: uerissime dicitur. propterea usurpare solebat Plato/uitam Speusippum redarguere. & reuera Polemon/ cũ Xenocratem in scholis uidisset oculorumq; leui prospectu ab eo notatus esset ad bonam frugem conuersus mutatusq; est. At leuioris & neq̃ hominis audacia/si eo usq; pro cesserit: ut alios arguere nitatur: non solum non proficit: uerum etiam sibi insusurrantem audire solet/alios ne curas ipse plenus ulcerum

ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων,

Veruntamen: quoniam sępenumero casus incidit/ut uulgares aliqui cum sint: cũ aliisq; sui similibus consuetudine iuncti sunt & temporum negociorumq; ratio ita fert: ut necessario ad reprensionem sit descendendum: modestus beniuolentissimusq; redarguendi modus esse poterit/si dum quis repræhendendi libertate utetur seipsum quodammodo circunducat impliceteq; in eodem crimine: ut apud Homerum dicitur.

τυδείδη τί δὲ πάθοντε λελάσμεθα θουρίδος ἀλκῆς & νῦν δ' οὐδενὸς ἄξιοι εἰμὲν ἕκτορος

Tydide quid nam patimur uirtutis in armis iamdudum nostri obliti. Socrates etiam leniter/ac sine strepitu adolescentes redarguebat/tanq̃ scilicet ab ignorantia nec ipse liber esset/eãq; uirtutis curam habendam existimabat/ & una cum ipsis ueritatem scrutabatur. nam fidem beniuolentiamq; uendicant sibi: qui eadem in re dum peccant non minus seipsos: q̃ amicos eodem tempore emendare

uidẽtur. Qui autem in aliis redarguendis seipsum tanq̃ omnino integer & sine macula sit magnifacere uidetur/ ni si ętate processerit/ac omnium confessione glorię uirtutisq; causa non mediocri autoritate prędiṫus fuerit/prętertq̃ ꝙ grauis molestusq; futurus est/nihil omnino proficiet. Quamobrem non sine ratione Phœnix apud Homerum/quicquid incõmodi ex immodica ira euenisset ei protulit in medium: eo enim furoris prouectus sum inquit ut paulum a patre interficiendo abfuerim / penitentiaq; ductus destiti/ne apud Achiuos appellarer parricida.

ὡσ μὴ πατροφόνος, μετ᾽ ἀχαιοῖσιν καλεοίμην

Hoc quippe modeste fecit/ne scilicet alterum ita repræhenderet tanq̃ ipse extra omnem irę suspicionem notãq; esse uideretur/nescio enim quomodo hęc ex more hominum cõmuni sumpta facilius admittuntur/monitiq; ab his qui eodem affectu captos se quandoq; fuisse fatentur/quando quos admonent contemnere non uidetur/cedunt libentius & quoniam neq; lucis claritas ęgrotanti ardentiq; oculo superinducenda est: neq; perturbatus aiũs simplicem redarguendi libertatem equaminiter ferre potest utilissimum erit: si dum admonetur / aut repræhenditur amicus mediocris aliqua laudatio repræhẽsioni admixta fuerit/ut sunt illa Homerica.

ὑμεῖς δ᾽ οὐκέτι καλὰ μεθίεται θούριδος ἀλκῆς
πάντες ἄριστοι ἐόντες ἀνὰ σρατόν, οὐδ᾽ ἂν ἐγώ γε
ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅστις πολέμοιο μεθίει
λυγρὸς ἐών, ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι

Non bene Martis opus geritis q̃q̃ estis Achiuum
Virtute & fama primi: & fortibus actis
Sed qui detrectat bellum timidusq; refugit
Vilis erit: conferre manum cui non ego uellem
Propterea irascor uobis menteq; animoq;
πάνδαρε ποῦ τοι τόξον, ἠδὲ πτερόεντες ὀϊςοὶ
καὶ κλέος, ᾧ οὔτις τοι ἐρίξεται ἐνθάδε γ᾽ ἀνὴρ
Pandare nunc ubi sunt arcus celeresq; sagittę
Gloria qua nullus audet tibi tendere contra.

Vehementer etiam ac manifeste in officio continent huiuscemodi.

ὁ δ᾽ οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλεῖν᾽ αἰνίγματα;
ὁ πολλάδικ πλάσας ἡρακλῆς λέγει τάδε
Oedipus ubi & preclara enigmata
Et hęc multa passus dicit Hercules mihi

Hoc enim modo asperior redargutio: non solum non uituperat aut grauat sed hominem ad sui ipsius ęmulationem quodammodo excitat: ex eo enim q̃ eius qui accusatur priora benefacta commemorat / in quam lapsus est turpitudinem uerecundia & rubore suffunditur / seq; ipsum in melioribus quasi exemplar proponit cum uero ęquales conciues affinesue ei quem repręhendimus comparamus / molestissime fert ac quodammodo efferatur in homine redarguto pertinax ipsius uitii contumatia / & propterea sæpenumero cum ira solet reclamare. quare igitur ad meliores derelicto me non accedis? cur nam mihi negotium facessis? Cauendum ergo est: dum quis libere repræhendit ne alios eodem tempore lau-

debet nisi forte quos laudaturus est patres essent:ut Aga
mennon ad Diomedem.

ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο τυδεύς

Tydeus in paucis similem genuisse uidetur
Te sibi quem iactas patrem: & Vlyxes in Cyriis

σὺ δ᾽ ὢν τὸ λαμπρὸν φῶς καταισχύνων γένους
ξαίνεις ἀρίστου πατρὸς ἑλλήνων γεγονὼς

Lumen decori generis obscurans puer
Pectis nec Achiuorum optimo natus patre.

Minime autem omnino eū q arguitur contra redargue re decet /& audacia audaciā propulsare:celerrime etenim accendit/inimicitiamq; parit / & ut breui concludamus huiuscemodi concertatio non hominis qui audacia re-ciproce uti uelit uideri posset/sed eius qui repræhensio-nem æquo animo non sustinet :satius igitur erit repræ-hendentem perpeti : nam si postea ipse quoq; / ita ut re-præhensione indigeat / deliquerit/hæc eius libertas alte-ri quodammodo libertati locum dabit:si enim adhibita modestia commemorabatur ei/quod ipse quoq; amicos errantes non negligere / sed monere / ac in officio conti-nere assuetus fuerit libentius cedet / emendationemq; tanq̄ grati & beniuoli/ac nullo modo irati animi retribu-tionem suscipiet ; & quoniam Thucydides eum qui ob res maximas inuidiam subire potest recte sibi ipsi consu-lere existimat: ita etiam amico necessarium puto omnino esse:ut animaduertat repræhensionis officium:graue one rosumq; munus existere:proptereaq; non nisi magnā ob causam suscipiendum / præcipueq; cum ad eum quem

moniturus est alterutram in partem maxime pertinere iudicauerit. Alioqui si in omnibus moleste ferre / & ad omnia commoueri præse tulerit/non ut amicus/ sed tanquam durus aliquis pędagogus :cum familiaribus uersari uidebitur. Idemq; cum ad magna errata repræhendenda / incusandaq; accesserit auctoritatem habebit nullam non monendo proficiet / eritq; medici illius simillimusqui Pharmaro acerbo quidem uel amaro/ sed tamen ꝑcio so & necessario in multis paruis tamẽ & non necessariis curationibus abutit̃ : amicus igitur hoc maxime cauebit ne sese continue repræhendendi cupidum ostentet alter fortasse morosus fuerit / ut omnia etiã minutissima repræhendendo calumnietur / tanquam ad magna repræhendenda hanc ansam arripiat / etenim Philotimus Medicus cum quidam Empyo iocinore egrotans / exulceratum offendisset digitum / heus bone uir inquit non tibi tantum super est ocii/ut de ungularum ulcere sollicitus sis. eodem igitur modo cum alter ille amicus in paruis:& nulla adanimaduersione dignis aliquid repræhendit /tunc dicendi oportunum tempus amico etiã sese cõmodissime offeret:subiunget enim lusus : compotationes:ac huiuscemodi nugas calumniamur:heus bone uir:modo dimittat hic abiciatq; meretricem:alia ludere desinat:nam quantum ad cętera pertinet:uir omni laude admirationeq; dignus est : qui enim paruis in rebus ab amico ueniam impetrat : haud quaquã in maioribus amici repræhensionem moleste admittit : sed siquis obseruet insequaturq; semper:ubiq; iniucundus : acerbusq;

erit:cumq; omnia ſcrutari:omnia curioſe indagare uolue rit:neq; filiis:neq; fratribus:ſed ne ſeruis quidem feren/ dus eſt:& quoniam ut inquit Euripides:in ſenectute nõ inſunt omnia:ita nec amicis improbitas ineſt ſola : non tam peccantes eos:q̃ recte agentes obſeruare debemus/& anteq̃ ad reprę hendendum:accedamus:imprimis eos lau dare neceſſe eſt:nam ut ferrum ablutione duratur:cumq; agente caliditate:remiſſum : molliusq; redditum fuerit : acuitur acieq̃; recipit:ſic amicis prius laudatis:cum exhi/ larati erunt : propterea/&/ut ita loquamur /incaluerint quiete : faciliterq; libertas repræhendendi admouenda eſt:occaſionem & enim commodiſſimam tunc tempus ipſum præſtabit:ut in hanc ſententiam cum amico poſſi mus colloqui:ſunt ne priores illę actiones tuę præſenti/ bus comparande? Non ne uides quam uberes fructus pa riat honeſtas ? hęc nos inquam amici a te requirimus:ad hęc natus es.illa uero abicienda in mare cęruleum:duriq; cacumina montis : εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοισβοῖο θαλάσσης. Quemadmodum enim benignior medicus ci bo ſomnoq; libentius q̃ ſcamonea & Caſtoreo / ægrum morbo liberare cuperet:ita etiam beniuolentiſſimus ami cus & pater ac præceptor bonus in caſtigandis moribus: laude potius quam uituperatione:uti poſſe deſyderaret.

Nihil autem libere repræhendentem minus moleſtũ reddere ſolet : quam ſi abſq; iracundię ſignificatione ali/ qua : & morali quadam beniuolentia ad amicum de/ linquentem repræhendendum acceſſerit.Quo circa dum repræhendimus:nec ſi negauerint acerbe redarguere : nec

se excusantes prohibere debemus:quin potius: ut excusare se ipsos possint: ansas aliquas subministrare:& procul a duriori accusatione remotos mediocriter rem agere decet.

δαίμονι' οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ

Irarum haud recte tantum sub pectore seruas

Ait Agamennon ad fratrem quasi eius ex pugna discessum: non timorem aut fugam sed iram interpretaretur & rursus ad Agamennonem Nestor.

σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἴξας

Magnoque animo tu concitus ire cessisti

Modestius enim accusat is: qui non iniuriam intulisti uel turpiter fecisti: sed ingnorantia lapsus es dixerit: & ne cum fratre contendas potius/q̃ si ne fratri inuideas:& mulierem ne corrumpas caue/quam mulierem corrumpere desine. Audatia enim que morbum animi curatura est:hunc maxime repræhendendi modum expostulat. At dum res aguntur cõtra faciendum est:cum enim amicos proxime peccaturos deterrere oportuerit uel cum uiolento quodam impetu feruntur ex aduerso standum est: uel cum molles:solutioresque ad honestissima queque aggredienda:hortari impellereque uoluerimus: accusationes aliquas & absurdas: & minime decentes :quæque in eos dici non possunt:in medium proferremus tanquam ipsi obnoxii illis sint:Qualis apud Sophoclem Vlyxes inducitur: Achillem enim irritat & quodam modo intendit: non cenę inquit causa irasceris: sed rem in animo impressas tuę Troię imagines exhorruisti:& cum rursus ad

hæc uerba Achilles excanduiſſet:ſeq; omnino nauigatu rum diceret.ſcio inquit Vlyxes quid fugias:non ne tanquam timidus uituperari exhorreſcis: ſed propinquus Hector eſt: ac propterea iraſci honeſtū tibi. Eum enim qui uirilis indignatiſq; animi fuerit:timoris ſuſpicione: modeſtum uero & ornatum:intemperantię nota: liberalem magnificumq;:auaritię:ſordidumq; infamia: cum deterruerint a turpibus factis abſterrent: ad honeſta omnia ſectanda agendaq; impellunt. Quo circa in preteritis erroribus reprehendendis: quoniam corrigi non poſſunt modus adſit neceſſe eſt:ac ea in re: qua confidenter amicum redarguimus non nulla mutui doloris potiuſq̃ uituperationis ſignificatione accedere debemus. At ea tempeſtate qua præſens peccatum prohibendum eſt:& dum contra affectus iam concitatos repugnare neceſſarium erit tunc uehementer inſtandū:nullaq; omnino excuſatio admittenda eſt: hoc & enim ueræ audacię: ſinceraq; beniuolentię tempus peculiare expoſcit. Nam pręterita uituperare etiã inimicos quottidie uſurpare uidemus:ideoq; Diogenes dicere ſolebat: quod ſiquis ad bonam frugem peruenire uoluerit: aut beniuolentiſſimos amicos:aut odio accenſos inimicos habeat neceſſe eſt:alteri enim monent: alteri uero redarguunt. Longe autem melius eſt bene conſulentibus obtemperando ab erroribus & malefactis cauere: quam detrahentium uituperantiumq; cauſa: cum peccauerimus:ſera penitentia erubeſcere:proptereaq;:circa huiuſcemodi libertatem: qua in repræhendendis amicis utimur:tanto maior adhi

benda est sollertia recte iudicandi: quanto maximum po-tissimumq; amicitię pharmacum hæc licentia esse consueuit: quippe quæ oportuni temporis acutissima obseruatione: & conuenienti quadam mensura modoq; semper indiget: & quoniam sæpenumero dictum est castigationis repræhensionisq; libertatem illi cui adhibetur grauem molestamq; esse etiam in hoc ut in aliis plęrisq; imitandi sunt medici qui cum partẽ corporis aliquam ęgrotantem secuerint eam dolore confici tabescereq; non sinunt: nec pro derelicta habent: sed clęmenter leniendo irrorant: doloremq; adhibitis lenimentis mitigant: sic qui urbane tempestiueq; repræhendunt repræhensionis amaritudinem / atq; acerbitatem cum effuderint molestiam doloremq; incuratum relinquere nullo modo debent: sed beniuolo sermone aliisq; confabulationibus mansuetiores reddere: ac risum uoluptatemq; houestam remittere: ut marmorarii: qui statuarum percusas: disruptasue partes expoliunt / ac ad pristinum splendorem excudunt. sic etiam nos cum amicis aliquo modi exulceratis in pristinam gratiam redire necesse est: qui autem uehementioris audacię etiam si opportunissime sit: aculeo ita perstrictus fuerit: ut existet cicatrix si tumidus turgescẽsq; & iracundia concitus nullo adhihito leuamento in molestię: dolorisq;: potestate permanserit: non sine maxima difficultate ad officium reuocari exhortatione aliqua iterum poterit. Quo circa ut cætera: tum hoc uel pręcipue a redarguentibus obseruandum: & omnino non

omittendum est: ne amicos contristando & irritando cõ suetudinis & amicitię finem imponant. 32

ℭ F I N I S.

Registrum huius Operis.

A.B.C.D.E.F.G. Omnes sunt duerni. Prepter. A. qui est quaternio. Et. G. est ternio.

ℭ Impręssum Romæ per Iacobum Mazochium
Romanæ Achademię Bibliopo. Anno. M.
D. XIIII. Triumphante diuo Leo
ne. X. Pontifice maximo.
Anno eius primo.

